fidem que reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noster
fuit in christo ihesu: ut ex lege iuſtificemur. At ubi
uenit fides: iam non ſub pedagogo ſumus.
Omnes enim filii dei eſtis per fidem que eſt in christo
ihesu. Quicumque enim in christo baptizati eſtis christum
induiſtis. Non eſt iudeus neque grecus. non eſt
ſeruus neque liber. non eſt maſculus neque femina.
Omnes enim uos unum eſtis in christo ihesu. Si autem
uos christi ergo abrahe ſemen eſtis ſecundum promiſſi-
onem heredes. Dico autem uobis. Quanto
tempore heres paruulus eſt nichil differt a ſeruo
cum ſit dominus omnium. ſed ſub tutoribus et actoribus
eſt. uſque ad prefinitum tempus a patre. Gr. Diffu-
ſa eſt gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum.
V. Propter ueritatem et manſuetudinem et iuſticiam et dedu-
cet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. V. Poſt partum uirgo
inuiolata permanſiſti dei genitrix intercede pro nobis.
Eya recolamus laudibus Secundum Lucam
Poſtquam conſummati ſunt dies octo ut
circumcideretur puer: uocatum eſt [nomen eius] ihesus.
quod uocatum eſt ab angelo priuſquam in
utero conciperetur. Off. Offerentur regi uirgines
proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione addu-
centur in templum regi domino. Sec. Muneribus
noſtris queſumus domine precibuſque ſuſceptis et ce-
leſtibus nos munda myſteriis et clementer ex-
audi per. Pref. Quia per incarnati. Com. Simile
eſt regnum celorum homini negociatori querenti bonas